UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae Ferinae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XCIIX. Ad D. Philippum Ludouicum Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Boiorum. De Halieuticis Datenhusijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Visual Library

Ad D. Ludouicum Principem VVirtebergicum.

Qui vult vna opera Muſas audire canentes
Omnes: Parnaſſus quas, Heliconque videt:
Audiat is, LVDOVICE, tot vno in corpore ple-
Tablino quod habet proxima cella tuo (*ctra:*
Seu tuba, ſeu lituus, ſeu buccina, tibia ſiue
Dextera, cum buxo, ſiue ſiniſtra placet:
Seu potiùs cythara, & lyra, teſtudóue, chelysúe,
Et cum ſambuca naulia grata leui:
Denique ſeu cui ſiſtra placent, aut cymbala: cun-
Audiet hic vna mota ſonare manu. (*cta*
Muſagetes illîc Phœbus, Muſæque miniſtræ
Exercent blandos voce, manuque choros.
Scilicet hîc Helicon, hîc eſt Parnaſſus: & hîc eſt
Fons Aganippeæ ſemper amœnus aquæ.

XCIIX.

Ad D. Philippum Ludouicum Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Boiorum.

De Halieuticis Datenhuſijs.

Centena pondo centies multiplica:
Dein rurſus hæc quadruplica. quid inde fit,
PHILIPPE Dux? hinc pondus exit piſcium
Lacuſtrium; quos vna cepit tragula

Simul,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Simul, ac ſemel: Diuûm fauente numine:
Præſente te: cum coniuge, atque fratribus
Ambobus, & ſorore, & optimatibus:
Quà nobilem Æga diues alluit lacum:
Quæ tota ſub ditione iam fluit tua.
Biſſena cyprinorum fermè millia:
At lucij, percæ, mulli ſunt cætera.
O auſpicatam Principum piſcariam.

XVI. Kal: IXBR. M. D. XXCI.

XCIX.

Io. Chriſtophoro Land-ſchadio à Steinach, EQ. & Legato Marchico Caroloburgio.

Pura Deum mens, IANE, colit: ſed dum colit, il-
Sic amat: vt reliquos vrat amore ſuo. (lum

C.

Ad D. Erneſtum Fridericum Marchionem Badenſem, & Hochburgium.

Omnia vincit amor: ſed & à ſe vincitur ipſo:
Vincitur à ſeipſo victor vt ignis edax.
Sic, vt ameris, amas redamantes. ergo bonorum
Sic quoque finis amor, principiumque manet.

F I N I S.